rit quae recte inchoasse uidebatur.
Interueniris quippe actibus ualde
frigescit animus si nec dum fuerit
per intima dona solidatus. Ualde ne
cesse est ut loca maiora uel exteriora
opera quae humanis sunt necessita
tib; profutura illi exercenda suscipi
ant, qui haec diiudicare atque sub
sem& ipsis premere ex usu uitae intima
nouerunt. Cum infirmus quisque
uel ad locum regiminis uel ad exte
riora agenda retrahitur quo quasi
extra se ducitur eradicatur. quia
& arbor quae radices prius in altum
non mittit citius uentorum impetu
sternitur si se ad altam uerticem ex
tollit eo quo citius ad ima corruit quo
altius in aere sine radicib; excreuit.
Nonnumquam florentem uineam
non frigus sed aestus arere facit. Cum
que inmoderato calore tangitur dis
cusso flore botrus tabescit. & plerum
que contingit ut hi qui ad bona opera
recta intentione non ueniunt cum
placere se hominib; uident ad exer
cenda haec eadem opera uehementi
us accendantur humanis placitura
oculis agere anxie studeant & quasi
in sco studio feruescant. Quid itaque
istos nisi in flore aestus contigit. quos
humane laudis appetitio a fructu alie
nas fecit. In canticis canticorum psalo
mone dicitur; mane surgamus
ad uineas uideamus si floruit uinea
si flores fructus parturiunt. Flores
cunt quippe uinae cum mentes fi
delium bona opera proponunt. sed
fructus non pariunt. si ab eo quod p
posuerint aliquib; uicti erroribus in
firmantur. Non ergo intuendum est
si uineae floreant sed si flores ad par
tum fructum conualescant. Quia mi
rum non est si quis bona inchoet sed ualde
mirabile si intentione recta in bono
opere perduret. Unde fit plerumque
ut si in bono opere recta intentione
tenetur. & iam ipsum hoc opus quod
bonum creditur amittatur, quia cum
in flore est si inmoderata nebula tangit
a plenitudine fructuum uacuatur.
& quotiens inchoantes quique bona
opera laudare ab aspicientib; cepe
rint atque in suis laudib; delectare
fit caligo intellegentiae in cogitatione
ut iam discernere nequeat qua inten
tione quid faciat & fructum perdit

© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0185